

(3)

IAC. SIMANÆ
PACENSIS
EPISCOPI,

DE DIGNITATE
EPISCOPO RVM
Summarium.



ANTVERPIÆ
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXV.

IAC. SIMANÆ
PACENSIS
EPISCOPI,

D E D I G N I T A T E
E P I S C O P O R V M
Summarium.



A N T V E R P I A E
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXV.

D E D I G N I T A T E
E P I S C O P O R V M .

P R A E F A T I O .

N E ignorantiam pretexere queant ij, qui honorem debitum non præstant episcopis; & vi inflati & carnales homines, qui eos scienter contemnunt, confundantur & resipiscant; breuiter & succinctè multa collegi, quibus facile quiuis intelligat, quanta sit episcoporum dignitas, & qualis sit honore afficienda, qua quidem non solum Pontifices maximii decorantur, sed etiam Omnipotens Deus, Christus redemptor noster, ab apostolorum principe in epistola priorre, cap. 2. nominatur, his ipsis verbis: Eratu sicut oves errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestiarum. Atque hac quidem hactenus, nunc ad rem.

D E

E P I S C O P O R V M D I G N I T A S
non est inuentionis humanae, sed institu-
tionis diuinæ. Cap. I.

 A V L V S apostolus apud Lucam euangelistam, Attedite(in-
quit) vobis, & vniuerso gregi, in
quo vos Spiritus sanctus posuit
episcopos, regere ecclesiam Dei,
quam acquisiuit sanguine suo. Act. 20.

Sanctus Ignatius epist. 3. Episcopus non ab homine, sed à Deo habet promotionem.

Anacletus Papa martyri epist. 3. Sacerdo-
tum ordo bipartitus est, sicut Dominus il-
lum instituit, episcoporum & presbyterorum.

Diuus Iacobus ab ipso Domino ordina-
tus fuit in episcopum, vt Clemens lib. pri-
mo recognitionum est auctor.

Sanctus Augustinus lib. de quæstionibus
veteris & noui testameti, ait Christum Do-
minum priusquam in celos ascenderet, ele-
uatis manibus apostolos benedixisse, eol-
que episcopos instituisse.

Denique concilium Tridentinum decla-
rat, episcopos à Christo, & Spiritu sancto in-
stitutos esse, atque ab ipso potestatem habe-
re; less. 23. can. 6.

A 2 E P I-

4 DE DIGNITATE
EPISCOPI SVNT LEGATI
Christi & eius locum tenetes. cap. 2.

PETRVS apostolus dixit: Zachemum vobis ordinaui Episcopū, quem quasi Christi locum seruantē honorare debet, obediētes ei ad salutem vestram: quod sanctus Clemens retulit lib. 3. Recognitionum.

Idem Clemens epistola 3. Omnis Pontifex sacro christmate per unctus, & in ciuitate constitutus, charus, & pretiosus hominibus oppidō esse debet: quē quasi Christi locum tenentem honorare omnes debent.

Diuus Anacletus epistola 2. Episcopi à Christo missi sunt, & eius funguntur legatione.

Evaristus Papa epist. 2. Sacerdotes vice Christi legatione funguntur in ecclesia, & sicut ei sua est cōiuncta sponsa, hoc est ecclesia; sic episcopi iunguntur ecclesiae vnicuique pro portione sua.

Eusebius Papa epist. 3. Caput ecclesiae Christus est: Christi autem vicarij sacerdotes (id est episcopi) sunt, qui vice Christi legatione funguntur in ecclesia.

Clemens quintus: Episcopi dicuntur sanctissimi, & Christi legati existunt, clem. 1. §. nec super de pœnis.

EPISCOPI SVNT ANGELI, ET
oculi Domini, claves ecclesiae, atque columnæ. Cap. 3.

SACER

EPISCOPORVM. 5
SACER Dionysius lib. De ecclesiastica hierarchia, cap. 7. parte 3. Diuinus antistes, ut scripta diuina testantur, interpres est diuinorum iudiciorum, angelus enim est Domini Dei, rerum omnium præpotentis.

Diuus Clemens epist. 1. Petrus apostolus episcopos, claves ecclesiae, & oculos Domini esse dicebat.

Pius Papa: Episcopi à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit.

Clemens quintus: Episcopi spirituales sunt patres, nostriq[ue] fratres, & coepiscopi, columnæ comprobantur ecclesiae, clem. 1. §. nec super de pœnis.

EPISCOPORVM VNVS EST
ordo. Cap. 4.

SANCTVS Anacletus epist. 3. Episcoporum ordo est unus, licet sint, qui primates aut patriarchæ vocentur.

Idem ibidem: Amplius quām duos ordines, episcoporum scilicet, & sacerdotum nec nobis à Deo collati sunt, nec apostoli docuerunt. episcopi autem apostolorum, presbyteri septuaginta discipulorum locum tenent.

Beatus Damasus in epist. de chorepiscopis: Ordines sunt duo tantum primi in ecclesia, id est apostolorum, & septuaginta discipulorum.

Cyprianus lib. de unitate ecclesiae: Epi-
scopatus A 3

6 DE DIGNITATE

scopatus quidem vnuis est , cuius à singulis
in solidum pars tenetur.

Isidorus lib. 7. etymologiarum: Episcoporum ordo quadripartitus est, id est, in patriarchis, archiepiscopis, metropolitis, atque episcopis; sed omnes episcopi nominantur: priuato autem nomine quidam vntunt propter distinctionem potestatum, quam singulariter acceperunt. c. clerros. 21. distinct.

EPISCOPI SVNT VERI

apostolorum successores. Cap. 5.

S A N C T V S Clemens epist. i. Episcopos
vicem apostolorum gerere Dominum do-
cuisse Diuus Petrus dicebat.

Idem confirmat beatus Anterus in epist.
ad episcopos Bæticæ.

Anacletus Papa epist. 2. Apostolis decadentibus, in locum eorum successerunt episcopi.

¹ Idem Diuus epist.3. Episcopi apostolorum locum tenent.

Urbanus Papa epist. de rerum communione: Episcopi locum tenent apostolorum c. vlti. 68. distinct.

Eusebius Papa epistola.3. Manus impositionis Sacramentū magna veneratione tenendum est, quæ ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus; neque à tempore apostolorum ab aliis, quam ab illis, qui eorum

EPISCOPO RVM.

eorum locum tenent, vñquam perfici potest aut fieri debet.

Beatus Cyprianus semel & iterum ait,
episcopos esse apostolorū successores ; epist.
42. & epist. 65.

Diuus Hieronymus epist. 54. A pud nos
apostolorum locum episcopi tenent.

Beatus Augustinus in psal. 45. explicans verba illa, pro patribus tuis nati sunt tibi filii; pro apostolis constitutos esse episcopos tradit.

Damasus in epist. de chorepiscopis: Solis apostolis, eorumque successoribus proprij est officij, tradere Spiritum sanctum.

Sanctus Gregorius in euangelia, homil.
26. Horum profecto nūc in ecclesia episco-
pi locum tenent, ligandi atque soluendi au-
toritatem suscipiunt, qui gradum regimi-
nis sortiuntur.

Beda lib. 3. in euangelium Lucæ, cap. 5.
Duodecim apostolos episcoporum formam
exhibere simul, & demonstrare, nemo est
qui dubitet.

¹ Isidorus lib. 2. de ecclesiasticis officiis, ca.
5. Apostolis successerunt episcopi, qui sunt
constituti per totum mundum in sedibus
apostolorum.

Diuus Tho.in.z.ad Cor.cap. 1. lectione
1.Soli apostoli electi & missi sunt principa-
liter à Christo: alij autem discipuli nō missi

A 4 funt

sunt principaliter, sed secundariò: & inde est, quòd apostolis succedunt episcopi, qui habent specialem curam gregis Domini; alij autem sacerdotes succedunt septuaginta duobus discipulis, qui gerunt vices commissas sibi ab episcopis.

Demum patres omnes in cōcilio Tridentino declararunt, Episcopos in apostolorum locum successisse. sess. 23. cap. 4.

Sed quamvis hæc ita sint, non desunt aliqui, tribuētes presbyteris Cardinalibus octo vñcias huius hæreditatis, quos iure, ac merito refellit noster Soto; quia nec iure diuino, nec ecclesiasticis traditionibus, nec sanctorum auctoritate, neque conciliorum, aut pōtificum decretis ea opinio fulciri potest, in lib. 4. Sententiārum distinct. 24.

E P I S C O P O S E S S E P R E S B Y T E R I S omnibus superiores. Cap. 6.

S A C E R Dionysius ecclesiastice Hierarchiæ cap. 5. Est igitur pontificatus ordo, qui perficiēt vi præditus, munera Hierarchiæ, quæ perficiūt, secretus à ceteris ac cù delectu exequitur. & post aliqua: Deinōstratū est igitur pontificū quidem ordinē, vim perficiēdi habere, ac re perficere: sacerdotū autē illistrandi vim habere, atque lucem afferre.

Sāctus Ignatius epist. 6. Principes subditi estote Cæsari, milites principibus, diaconi presbyteris, presbyteriverò & diaconi, atq; omnis

omnis clerus simul cum omni populo, & militibus, atque principibus, sed & Cæsare, obedient episcopo.

Diuus Augustinus epistola 19. Secundum honorum vocabula, quæ iam ecclesiae usus obtinuit, episcopatus presbyterio maior est.

Idipsum planè fatetur magnus ille presbyter Hieronymus, qui in multis epistolis ad Augustinum scribit, Domino verè sancto, & beatissimo Papæ Augustino Hieronymus in Domino salutem. & in vna illarum inquit: Vale mi amice charissime, ætate fili, dignitate patens, epist. 92.

Et, vt alia omittam, conciliij Tridentini hæc sunt verba. Sacro sancta synodus declarat, præter ceteros ecclesiasticos gradus, episcopos, qui in apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipue pertinere, & positos (sicut apostolus ait) à spiritu sancto, regere ecclesiam Dei, eosque presbyteris superiores esse, ac Sacramentum confirmationis conferre, ministros ecclesiarum ordinare, atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent, sess. 23. ca. 4.

Nec solum aliis presbyteris, sed etiam illis, qui titulos in vrbe habebant, episcopi olim fuere antelati, vt videre licet in omni-

A 5 bus

bus synodis Romæ habitis à tempore sancti Silvestri . vide cap. præsul. 2. quæst. 4. & c. cùm apostolus. de censibus. & Onuphrium Panuinum , lib. de episcopatibus, titulis, & diaconiis cardinalium.

**E P I S C O P I S V N T I N
culmine dignitatum.**

Cap. 7.

B E A T V S Ambrosius lib. de dignitate sacerdotali, cap. 2. Honor, & sublimitas episcopalis , nullis poterit comparationibus adæquari : si regum fulgori comparés , & principum diademati , longè erit inferius , quàm si plumbi metallum ad aurum fulgorem compares.

Idem cap. 3. Nihil in sæculo sublimius episcopis reperiiri potest. & post aliqua: Nihil est episcopo excellentius.

Eusebius Papa epistola 3. Manus impositionis Sacramentum ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus ; neque ab aliis quàm ab illis , qui apostolorum locum tenent, perfici potest.

Sic etiam Rabanus episcopos appellat summos sacerdotes. c. nouissimè , de conf. dist. 5.

Melchiades Papa vocat episcopos pontifices summos. c. de his, de consecra. dist. 5.

Vrbanus Papa epist. de rerum cōmunione: Quid autē sedes episcorum in ecclesiis ex-

sis excelsæ constitutæ , & præparatae inueniuntur in throno, speculatione, & potestate iudicandi, & soluendi, atque liganci à Domino sibi datam materiem docent.

Diuus Hieronymus ad Augustinum sanctum episcopum : Tu qui iuuenis es , & in pontificali culmine constitutus, doceto populos, & nouis Africæ frugibus Romanæ tecta locupletato. epist. 89.

Q V I B V S V E R B I S H O N O R A B A N T
episcopos summi pontifices. Cap. 8.

V E T V S T I S S I M I , & sanctissimi Romani pontifices per trecētos quinquaginta continuos annos scribere solebant ad ceteros episcopos his verbis; Dilectissimo fratri, vel charissimo fratri . vt passim inuenies in epistolis sancti Evaristi, & sancti Leonis, & aliorum omnium , qui per id temporis interuum fuere summi pontifices, ab anno Domini 96. vsque ad annum 460.

Quidam verò illorū simul coniungebant eadem verba scribentes, charissimis, & dilectissimis fratribus : vt videre est in epistolis sanctorum Telesphori , Cornelij, Felicis & Pelagij secundi , qui fuit electus anno Domini 579.

Alij eos appellabant fratres, & coepiscopos, vt Callistus, Cornelius, Sixtus, 2. Felix, Marcellinus, Silvester, Leo magnus, & sanctus Siritus, qui scribit, dilectissimis fratribus

A 6. bus

bus, & coepiscopis: & Innocentius primus episcopis Hispaniae dulcissimis fratribus.

Creuit etiam honor ille non solum per eadem tempora, sed etiam per multa sequentia: his enim verbis scripserunt.

Reuerendissimo fratri, & coepiscopo Aurelio Damasus.

Reuerendissimis, atque dilectissimis fratribus Athanasio, & vniuersis Aegyptiorum episcopis Fœlici 2. in Domino salutem.

Dominis sanctissimis, & Deo amantissimis vniuersis episcopis. Liberius episcopus in Domino salutem.

Innocētius primus ad Iohannem Chrysostomum; Frater reuerendissime. epist. 29.

Bonifacius secūdus ad episcopum Alexandrinum: Deus te incolumem custodiat reuerendissime frater.

Reuerendissimo fratri Valerio episcopo Iohan. 2. qui fuit electus anno 532.

Reuerendissimo fratri episcopo David Benedictus in Domino salutem: is fuit eius nominis primus electus anno 575.

Diuus Gregorius in præfatione moralium Leandrum nostrum vocat reuerendissimum & sanctissimum fratrem, & coepiscopum.

Idem epistola ad regé Recaredum: Reuerendissimo viro fratri, & coepiscopo nostro Leandro, epist. 126. lib. 7.

Idem

Idem Diuis in responsionibus ad episcopum Cantuariensem: Reuerendissimo fratri Augustino episcopo.

Idem sanctissimo fratri Secūdino episcopo, Gregorius seruus seruorum Dei.

Idem reuerendissimos fratres, & coepiscopos nostros, libr. 2. epist. 39. & eodem lib. Sanctissimo fratri meo, epist. 91.

Et alibi, vir reuerendissimus Passiuus frater, & coepiscopus noster, lib. 7. epist. 13.

Idem reuerendissimo fratri Fœlici episcopo, lib. 12. epist. 31. fuit autem electus anno 590. & sedit annos 13. cum dimidio.

Sanctus Martinus 1. in concilio Lateranensi dixit: Stephanus reuerendissimus Dorensis episcopus: fuit electus anno 647.

Idem in eodem concilio suggestionem reuerendissimorum episcoporum: quod sepe repetit.

Gregorius 2. Vniuersis reuerendissimis, & sanctissimis fratribus coepiscopis, epistola 2. & in aliis duabus, Reuerendissimo, & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo: fuit electus anno 716.

Gregorius tertius duabus epistolis, Reuerendissimo, & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo: electus anno 731.

Zacharias quater reuerendissimo, & sanctissimo Bonifacio.

Iohannes secundus in epistola Inter clas-

A 7 ras.C.

14 DE DIGNITATE
ras. C. de summa trinitate: Hipatiumat-
que Demetrium sanctissimos viros, fratres,
& coepiscopos meos.

Et alibi Zacharias episcopus seruus ser-
uorū Dei, reuerendissimo, sacratissimo Theo-
doro episcopo ecclesie Ticinensis. c. Pieta-
rium. 30. quæst. 3. fuit electus anno 741.

Adrianus secundus in epistola ad Basili-
um imperatorem: Donatum sancte ecclie
Hostiæ, & Stephanum ecclie Nepe-
finæ reuerendissimos episcopos, electus fuit
anno 867.

Nec est prætereundus sanctus Iulius pri-
mus, qui in Synodo Romana ad episcopos
loquens, dixit beatissimos fratres.

Et Leo magnus ad episcopos Beticæ: Do-
minis fratribus, merito beatissimis, in Chri-
sto venerabilibus. epistola 94.

Nicolaus 1. omnibus sanctissimis, &
reuerendissimis patriarchis, metropolitis, &
reliquis episcopis. fuit electus anno 858.

Cum exulareret ab Anglia S. Anselmus
archiepiscopus Cantuariensis, & in Vrbem
veniret, Urbanus 2. (qui fuit electus anno
Domini 1088.) eum prostratum erexit, &
in sella sedere fecit, & in cōuentu nobilium
in processionibus, in stationibus semper &
vbique à Papa secundus erat, vt in eius vita
relatum est. lib. 2.

D 2

E P I S C O P O R V M . 15
D E A L I I S V E R B I S H O N O-
rificientissimis. Cap. 9.

S A N C T V S Leo 1. ad episcopos Italie
epistola 2. Effecta certior sanctitas vestra fo-
licitius agere dignetur.

Diuus Gregorius episcopo Tonello: In
nostra mente vestra magnitudo, & cætera
lib. 7. epistola 77.

Idem Diuus Desiderio episcopo Gallie:
Cum inter multa bona, quæ nobis de ma-
gnitudine vestra. 12. cap. 5.

Idem Gregorio episcopo Italiae: Bonita-
tem vestram excellentia. lib. 1. epist. 22.

Idem vniuersis episcopis per Italiam: Ex-
cellentiam vestram valde diligo. lib. 2. c. 67.

Idem Pantaleoni episcopo Africæ: Ex-
cellentia vestra non habetur incognitum.
lib. 3. epistola 32.

Idem Venantio episcopo Patricio: Excel-
lentia vestra electionem. lib. 11. epist. 14.

Euaristus epistola prima: Dilectissimis fra-
tribus vniuersis episcopis; filij charissimi &
merito illustres.

Diuus Gregorius quatuordecime epistolis
episcopis loquens inquit, sanctitas vestra.

Anastasio episcopo Antiocheno: Suscep-
tolas dulcissimæ mihi, atque suauissimæ
sanctitatis vestre. epist. 81. li. quarti, & epist.
37. li. 3. epist. 90. lib. 4. epist. 119. li. 5. & 136.

Idem Diuus Dono episcopo Messanen-
si, ideo

16 DE DIGNITATE
si, ideo sanctitas vestra lib. 5. epistola 139.
& epistola 160. & lib. 6. epistola 171. &
epistola 178. & epist. 183.

Idem Eugenio episcopo Alexandrino:
Suaissima mihi sanctitas vestra. & ad alios
episcopos libro sexto epistola 201. lib.
7. epistola 30. & epistola 32. & eodem lib.
parte 2. epist. 7.

Idem Leandro episcopo Hispalensi, San-
ctitatis tuae suscepi epistolam . & post ali-
qua: Sanctitas vestra. epist. 125. lib. 7.

Damasus & cæteri episcopi Romæ con-
gregati dilectissimis fratribus in Illyrio con-
stitutis episcopis in Domino salutem: cre-
dimus sanctitatem vestram : quadam in
epistola.

Innocentius ad synodum Mileuitanam:
Multis vti possemus exemplis , nisi scire-
mus sanctitatem vestram ad plenum scrip-
turas omnes scire.

Beatus Gregorius Sebastiano episcopo
Risiniësi: Quamuis nulla merui beatitudi-
nis vestrae scripta suscipere. lib. 1. epistola
27. & ad alios epistola 4. epistola 7. epist.
25. eiusdem lib.

Idem Iohanni episcopo Rauennæ: Quod
scriptis vestre beatitudinis minime respon-
di: lib. 2. epist. 32. & ad alios episcopos lib. 6.
epist. 192. & lib. 7. epist. 3.

Idem Eugenio episcopo Alexandrino: San-
ctissima

E P I S C O P O R V M . 17
ctissima vestra beatitudo: lib. 7. epist. 29.
Damasus ad episcopos Africanos: Apo-
stolicis vestra beatitudo visceribus cōmota
nos hortata est.

Nicolaus 2. in sexta synodo Romana di-
xit: Nouit beatitudo vestra dilectissimi fra-
tres, & coepiscopi. c. in nomine. 23. distin-
fuit electus anno 1059 .

Vides ut summi Pontifices non adulatæ,
sed episcopalem dignitatem iustè honoran-
tes, episcopis scriplerint, reuerendissimos, ac
sanctissimos sèpè eos nominantes: atque
adiecerint magnitudine vestra, excellētia ve-
stra, sanctitas vestra, beatitudo vestra . quæ
omnia ad honorem ipsorum non parum
faciebant, cùm & ipsi summi Pontifices epi-
scopi sint, & episcoporum, atque adeò ecclæ
sæ militantis caput.

V A L D E E S S E H O N O R A N D O S E P I-
scopos etiam à principibus laicis. Cap. 10.

D I V V S Clemens epistola 1. ad Iaco-
bum fratrem Domini: Omnes, inquit, prin-
cipes, & cūctos homines episcopis obedire,
& capita sua submittere, diuus Petrus præ-
cipiebat. c. omnes de maior. & obed.

Idem Clemens lib. 2. constitutionum
apostolicarum cap. 11. O episcope, stude
munditiæ operum excellere, cognoscens lo-
cum, ac dignitatem tuam tanquam locum
Dei obtinens, eo quod præ omnibus, do-
minis

18 DE DIGNITATE
minis, sacerdotibus, regibus, principibus,
patribus, filii, magistris, atque subditis si-
mul omnibus.

Idem cap. 30. Episcopus est post Deum
pater vester: is princeps, & dux, & rex ve-
ster; denique is terrenus Deus post Deum,
cui à vobis honor debetur.

Et cap. 38. Episcopos esse principes, &
reges vestros putatote. & paulo pōst: Quā-
to anima corpore est excellentior, tantum
sacerdotium regno p̄fstat; ideo episcopum
diligere debetis vt patrem, timere vt regem,
honorare vt dominum.

Sanctus Ignatius epistola 6. præcipit, vt
presbyteri, & diaconi, & omnis clerus, &
populus, & milites, & principes, & Cæsar
ipſe, obedient episcopo.

Idem Diuus epistola 7. Ego dico hono-
rate Deum auctorem omnium, & Domini-
num; episcopum autem tāquam principem
sacerdotum, imaginem Dei ferentem; prin-
cipatum quidem secundum Deum, sacerdo-
tium verò secundum Christum: pōst ho-
norare oportet etiam regem.

Sanctus Gregorius Nazianzenus oratio-
ne 15. Quid autem de vobis dicemus princi-
pes, & in potestatibus constituti? Num ser-
monē suscipitis liberū? Et quod lex Christi
vos meq; potestati, meoq; subiecit tribunalis?
imperamus enim & ipſi, addo imperio ma-
iori, &

EPISCOPO RVM. 19
iori, & perfectiori. aut oportet potius vt spi-
ritus subsit carni? cælestiaque terrestribus?

Clemens quintus: Episcopi dicuntur san-
ctissimi, Christi legati existunt, spirituales
sunt patres, nostrique fratres, & coepiscopi:
columnæ comprobātur ecclesiæ. Clem. 1. §.
nec super, de pœnis.

Sanctus Gregorius ad Mauritium Au-
gustum: Quid ergo mitū, si illos vestra pie-
tas dignatur honorare (ide est episcopos) qui
bus in suo eloquio honorem tribuens, eos
aut angelos, aut Deos ipse etiam appellat
Deus. lib. 4. epist. 75.

DE IMPERATORE CON-
stantino. Cap. II.

A b exordio ecclesiæ Christi, principes
Catholici verbis & factis semper ostende-
runt, quantum episcopis tribuendum sit. ac
primum Conſtatninus ille magnus ingressus
locum, in quo episcopi conuenerant ad con-
cilium Nicænū celebrandū, in medio con-
uentu ere ētus confitit: ac cùm parua que-
dā sella ex auro fabricata illi effet loco po-
ſita, non prius confedit, quām episcopi ad id
innuissent. vt est apud Eusebium lib. 3. de
vita eiusdem, cap. 10.

Hæc eadem referens in historia ecclesi-
stica Socrates lib. 1. capite 5. inquit: Si-
mulatque aduentauit, in media turba ere-
ctus constitit; nec prius affidere voluit, quām
episcop-

20 D E D I G N I T A T E
episcopi, vt ita faceret, innuissent. tanta enim reuerentia & pudor imperatoris animo erga illos viros infedit.

Theodoritus quoque (lib. 1. cap. 7.) ita scribit: Sella parua in medio posita, (istud enim sibi permitti ab episcopis postulauerat) confedit: & omnis diuinus ille coetus se pariter in sedibus collocauit. quod Nicephorus quoque memorat, lib 8. cap. 16. & Eusebius repetit lib. 3. historie eccle. cap. 10.

Nec solum supradictos, sed etiam episcopos alios, vt patres, imò verò vt Dei prophetas, omnino honorifice reuerebatur, vt idem Eusebius in eadem historia memoriae prodidit. lib. 3. cap. 22.

Idem Constantinus, cùm episcopos non nullos conuiuio excepisset, ipse se episcopum appellauit, his ferè verbis, Vos intra ecclesiam, ego extra ecclesiam à Deo episcopus constitutus sum. quæ verba se ab eo audiuisse ait Eusebius lib. 4. de vita Constantini capite 2. 4. & posteā scribit, omnes episcopos conuiuio excepit, maximumq[ue] eis honorem detulit. eodem libro, cap. 46.

Idem Imperator semper episcopos secum retinebat, etiam cùm in bellum proficeretur. quod reges Hispaniæ facere quoque solebant, vt ex nostratum historiis liquidò perspicitur. de Constantino autem Eusebius, lib. 4. de vita eiusdem ca. 56. De exp-

E P I S C O P O R U M . 21

expeditione, inquit, cum episcopis, quos secum habebat, cōmunicabat: existimās opertore, ex his aliquos ad pietatis officia maximē idoneos, perpetuo sibi adesse. illi verò libēter quidem sequuturos se, nec vestigii abeo discessuros, sed vñā militiam obituros, & apud Deum supplicibus votis se pugnatores recipiebant. hac ille voluntatum & studiorum professione vehementer delectatus, totius expeditionis quasi vestigia eis expressit, ac ad bellum illud suscipiendum, tabernaculum interim ad ecclesiæ similitudinem magnificientia faciendum curauit, in quo Deo, victoriarum datori, ipse cum episcopis supplicaret.

Ex multis episcopis, quos simul exceperunt conuiuio Constantinus, alij cum ipso imperatore in mēsa accubuerent, alij prope valvas triclinij vtrinque assederunt, auctore Eusebio, libro 3. de vita eiusdem, cap. 14.

Id ipsum plenius narrat Nicephorus his verbis: Ad epulum Constantinus synodum Nicenam iuitat: & toris plurimi ordine suo collocatis, eodem in loco exceptit: multisq[ue] & sermonibus & donis honorificentiam & liberalitatem erga illos declarans, præclarissimos quosque eorum mensæ suæ adhibet; quorum quidem, cùm ille mutilata propter Christum cerneret mēbra, atque fidei eorum constantiam inde colligeret, labiis

biis ipse suis cicatrices eorum exosculari & venerari dignatus non est, gratiam se osculo eiusmodi & benedictione eorum percipere confisus. hæc ille libro 8. cap. 26. quæ omnia fere descripsit ex Theodorito, qui etiam scribit, Constantimum episcopos illustiores, suæ ipsius mensæ fecisse participes, libr. 1. historiæ ecclesiast. cap. 11.

In epistolis quoq; suis Constantinus episcopos honorabat; ad Eusebium enim scribens inquit: Quæ fuerint à sanctitate tua præscripta, & Deus te frater charissime diu florentem seruet. Eusebius libr. 2. de vita Constantini, cap. 45.

Item ad Macarium episcopum: Restat ut tua sanctitas. idem libro 3. eiusdem operis, cap. 31.

Item ad episcopos in Tyri synodo cōgregatos: De cætero vestrae sanctitatis partes. idem Eusebius lib. 4. cap. 42.

Item ad episcopos, qui ad Nicænā synodum venire non potuerunt: Nos ipsos à fœda illa conscientia & soceritate retrahamus, fratres reuerendissimi. apud eundem lib. 8. historiæ ecclesiastice, cap. 25.

Postremò ecclesiastica testatur historia: Quod cùm pię memorię Cōstantino principi in scripto oblatæ accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accusati furentur, & eisdem, qui accusati fuerant,

rant, episcopis cōuocatis, in eorum conspectu libellos quos acceperat, incendit, dicens: Vos dij estis à vero Deo constituti, ite, & inter vos caussas vestras discutite: quia dignū non est, vt nos iudicemus Deos. Hæc sanctus Gregorius lib. 4. epist. 75.

DE MAGNO THEODOSIO.

Cap. 12.

THEODOSIUS imperator Hispanus, qui non minus quam Constantinus fidem catholicam fouit, episcopos quoque honorauit ac reueritus est. Cum enim Amphilius episcopus Arcadium, Theodosij filium, data opera debita reuerentia prosecutus non fuisset, & imperator veluti filius iniuria affectus esset, grauiter cōmotus cum cōicio episcopum abduci iuberet, ac postea intelligeret, prudentissimè id factū fuisse, vt eo exemplo Theodosius Arrianos expelleret, qui Dei filiū in honorabant: quā primū ad se Amphilius accersiuit, & ad pedes eius prouolutus, veniā ab eo petit. vt pleniū id narrat Nicephorus li. 12. eccl. historię, ca. 9.

Notissima quoque historia est, Diuum Ambrosium tēplo exclusisse Theodosium, additis verbis accerrimis: & tamen catholicius imperator, quia in diuinis legibus educatus fuerat, certoque sciebat, quę nam imperatorum, & quæ etiam episcoporum essent munia; obediuit Ambrosio, & maxima cum

eam reuerentia prosecurus est , vt prolixè memorat Nicephorus codem li . 12 . ca . 4 .

Addit Sozomenius , se cognouisse , aliud ab Ambrosio cum codē imperatore factū . Moris erat (inquit) vt imperatores dū sacris interessent , in sacrario federent maiestatis causa à populi cōsortio separati : Ambrosius autem considerans , eam consuetudinē vel ex assentatione , vel ex ordinis inscritia esse natam , imperatori in ecclesia locum assignauit ante sacrarij cancellos , ita vt populum imperator , imperatorem sacerdotes ordine sedis antecederent : hanc autem optimam cōstitutionem Theodosius imperator approbauit , & successores eius corroborauerunt , ac nos eam ex eo usque tempore conseruatam cernimus . hæc ille , libro 7 . historiæ ecclesiæ , ca . 24 .

Theodoritus quoq ; eadem cōmemorans , ita scribit : Vbi tempus postulauit , vt imperator dona sacræ mensæ offerret , in sanctuarium ingressus est , & cùm dona obtulisset , intus prope cancellos mansit . at magnus ille Ambrosius non conticuit quidem , sed locorum differētiā eum docuit . ac primum sciscitatur , ecqua re egeret : & cùm respondisset imperator , se expectare diuinorum mysteriorum perceptionem , significauit illi per primarium diaconum , qui ei ministrabat , ad loca interiora solis sacerdotibus adi-

tum

tum patere , eademque aliis omnibus inaccessa esse . iubet igitur vt exeat , & cum reliquis laicis consistat . nam purpura , inquit , imperatores , non sacerdotes efficit . quam admonitionem exceptit lubens imperator fidelissimus , responditque , se non animi confidentia inductum , mansisse intra cancellos , sed hanc consuetudinem Constantiopolis didicisse . quare habeo , inquit , etiam pro hac medicina gratiam . tantis & tam eximiis virtutis ornamenti enituit tum episcopus , tum imperator . Hæc tenus Theodosius lib . 5 . cap . 12 .

Quem in his aliisque secutus Nicéphorus , loco paulo antè citato adiungit : Ad hunc modum & imperator & episcopus misericordia enituere virtute , vt mihi decernere facile non sit , vtrum alteri preferam : plurimum sanè illius in dicendo libertatem , huius autem in rebus diuinis religionem ; & item illius ardorem , huius sincerā in Dcū fidem admiror . & paulo pōst :

Vix aliquando tandem , inquit Theodosius , quod discriben sit inter imperatorem & sacerdorum antistitem , cognoui . vix veritatis doctorem inueni ; vnum namque qui pro dignitate sua episcopali nomine reclē vtatur , Ambrosium reperi : quantum commoditatis obiurgatio , affectione vitiosa carens , si in tempore à viro spectatae virtutis

B

&

Episcopos quoque reuerendissimos appellare solebat idē Theodosius , vt ex duabus eius epistolis liquet , quas Laurentius Surius posuit in tomo 2. conciliorum.

DE THEODOSIO IVNIO-
re. Cap. 13.

THEODOSIVS iunior, nepos magni Theodosij Hispani, piè ac rectè in omnibus à sorore Pulcheria educatus , in honore quoque habuit episcopos . quid enim aliud facere potuisset catholicus imperator, qui quadraginta & duos annos maxima cum pietate imperauit, ita vt vitam ipse & administrationem suam tanquam imperij formam posteritati reliquerit; vt ait Nicephorus lib. 14. historia ecclesiastica, cap. 58.

Sed vno tantum exemplo contentus ero, quia (vt mihi quidem videtur) est scitu dignissimum. Cūm iniuste diuus Chrysostomus in exilium missus , & illic mortuus ae sepultus esset , plebs Constantinopolitana petiit ab imperatore Theodosio , vt sanctus ille vir ab iniusto exilio reuocaretur: & cūm imperatoris permisu eius corpus adducere conarentur ; tumulus immobilis prorsus fuit, neque multorum manibus loco moueri potuit. quod vbi imperator cognouit, statim causaam eius rei intellexit. itaq; litteris rubrica scriptis , virum sanctum , vt adduci se pate-

EPISCOPO RVM. 27
se pateretur, obtestatus est. litterę ipsæ supra pectus eius positę , & perugilium actum, precesque ad Deum fuisæ sunt . ita tumulus se abducentibus facilem præbuit, & sanctus ipse pondus eius leuius redditum, vnā cum baiulis simul ferre visus est. & has fuisse litteras ipsius Theodosij, quas mox adiungam, Nicephorus ipse auctor est, eodem lib. 14. cap. 43.

Orbis totius doctori & spirituali patri Iohanni sancto , & aurei oris patriarchæ, Theodosius imperator. Corpus tuū iridem vt aliorum , mortuum esse putantes, pater honorande, transferre id , & adducere ad nos, sicuti filij parentum amantes, desideravimus. cūm autem debitum prorsus honestum , & quantam opus fuit summisionem & modestiā, eam in rem non contulerimus, imperialis fortasse factus leges in rebus, quibus nos magis quam imperio ipso honestos esse decuit, fecuti : non immerito voto nostro excidimus . attu pater patrum verè reuerendissime (nunc enim veluti vivente in alioquinur) ad desiderium potius nostrum , quam ad coeptum tuū spectans, veniam da penitentibus, qui longè magis quam alias quisquam penitentiam docuisti, & nos vicisti : idoneumque castigacionis desiderio flagranti , erroremque suum agnoscenti animæ, eo quod huc usque redi-
B 2 itum

itum ad nos tuum detrectaris , exemplum exhibuit: reddre teipsum nobis quaevo, redde. vt enim longiore mora & dilatatione nos amplius etiam affligas, neque commiserationis visceribus tuis, neque amori & expectationi nostræ dignum est : qui non solum corpus & cineres, sed solam etiam umbram tuam cernere cupimus . litteræ tales fuere, vt ait Nicephorus, penes quem sit ea- rum fides.

D E A L I T I S P R I N C I P I -
bus. Cap. 14.

N O N modò Constantinus ac duo Theodosij, sed alij quoque imperatores & principes Christiani episcopos venerati sunt: quorum aliquos breuiter commemorabo.

Ac primum Philippus , primus imperator Christianus , cùm precationum in die postremæ vigiliæ paschalis vnâ cum multitudine in ecclesia particeps fieri vellet, fama est non prius ab episcopo , qui tune ecclesiæ prorogat, permisum esse intrare, quām se confessus fuisset , & inter eos, qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur astricti, locutumque penitentiam agentibus præstabilitum occupabant , se sua sponte collocatusset: episcopumque dixisse , eum nō alia conditione , nisi istud faceret, propter multa delicta , quæ ab illo ferebantur admissa, aliquando ab ipso in ecclesiam receptum fore.

fore. imperatorem autem alaci animo, & lubenti , episcopo morem gessisse , & ingenuum modestiam , ac religiosam piamque affectionem, Dei timore incitatam , re ipsa declarasse memorant. hæc Eusebius lib.6. historiæ ecclesiasticae, cap. 27.

Constantius imperator in epistola ad episcopos Ariminii coactos inquit : Vestrae sanctitati minimè obscurum est. auctor Socrates lib. 2. historiæ ecclesiasticae, ca. 29.

Valentinianus , Valens , & Gratianus, epistola missa episcopis dioceſeos Asiani, & aliis episcopis, scribunt, beatissimi episcopis: vt est apud Theodorenum libro 4. capite 7. additum Nicephorus , ter beatissimi episcopi. lib. 11. cap. 30.

Fulcheria Augusta quadam in epistola scribit, Anatolium episcopū sanctissimum. & in alia , episcopos reverendissimos . & rursus : Deus vos custodiat per multis annos sanctissimi, & Deo amantissimi patres. tomo 2. conciliorum.

Valentinianus & Martianus in epistola ad Dioscorum: Sanctissimis & beatissimis episcopis: eodem tomo 2.

Leo imperator, eius nominis primus, Anatolio episcopo: Tuq̄ sacerdoti minimè obscurum arbitramur. apud Euagrium lib.2. historiæ ecclesiasticae, ca. 9. & alibi: Thalassius reverendissimus Cesareq̄ episcopus. apud

30 DE DIGNITATE

Nicephorus libro. 15. cap. 30.

Basiliscus Imperator, Timotheo reuerendissimo & sanctissimo Alexadriæ archiepiscopo. & post aliqua, à sanctissimis vbiue episcopis. retulit Euagrius li. 3. cap. 4. & alibi: Imperatores ac Cœfars Basilisc⁹, & Marcus, reuerendissimo & sanctissimo patriarchæ & episcopo Acatio. idem Euagrius eodem lib. 3. cap. 7. atque eadem commenmorat Nicephorus lib. 16. cap. 3. & cap. 7.

Zeno Imperator, cæsar semper Augustus, reuerendissimi Alexadriæ, Ægypti, Libyæ, & Pentapolis episcopis. Euagrius li. 3. c. 24.

DE EADEM R.E.

Cap. 15.

Iustinianus in quinta Synodo generali, sif. 5. scribit, Cosme sanctissimo episcopo: &, significamus tuæ sanctitati. vt est in tomo 2. conciliorum. & idem Iustinianus in epistola ad Ioannem papam, inquit: Properauimus hoc ad notitiam deferre vestræ sanctitatis per Hypatium & Demetriū beatissimos episcopos. codice Iustiniani. titulo, de summa trinitate. epistola, viator.

Constantinus quartus in Synodo sexta episcopos vocat sanctissimos. & in fine adiungit: Bene valete sacratissimi auxiliatores pictatis.

Constantinus & Irene, in epistola ad secundam synodum Nicenam, episcopos appellant

EPISCOPORVM. 31

pellant sanctissimos. tomo 3. conciliorum.

Basilius Imperator, oratione ad octauam synodus: Vesta sanctitas, Deo amantis-simi summi sacerdotes. & iterum: Deo amicissimi summi sacerdotes: & omnibus sanctissimis episcopis.

Clodouæus quoque rex Galliæ ad episcopos cōciliij Aurelianensis scripsit: Dominis sanctis, & apostolica sede dignissimis episcopis, Clodouæus rex. Beatitudinem vestram præterire non potuit.

Eringius Hispaniarum rex, in concilio secundo Toletano, episcopos vocat sanctissimos patres, & reuerendissimos patres. & idem rex in concilio 13. inquit: Sanctissimi, religiosa pietate excolendi pontifices.

Ac semper in Hispania episcopi in magna veneratione fuerūt & sunt, non solum apud cæteros omnes, sed etiā apud catholicos reges, quoru[m] consiliarij existūt, & quibus hodie quoque sunt reuerendi in Christo patres, & archiepiscopi admodū reuerendi.

Innocentius quoque terius ait: Reges & principes archiepiscopis & episcopis suis (sicuti debent) reuerenter assurgunt, & eis iuxta se venerabilem sedem assignant. cap. solita. de maiestate & obedientia.

Postremò in regnis Hispaniarum & in regno Poloniæ, & vbiunque religio catholica viget (præterquam in quibusdam Italie

prouincis) episcopi reuereter & honorifice ab omnibus coluntur; à dynastis etiam & principibus: qui quo magis pij & orthodoxi sunt, eo magis episcopos honorare solent.

Sed illud non est prætereundum, quod Sozomenus memoria prodidit, in fine libri secundi ecclesiastice historiae: inquit enim, Constantinum magnū in ecclesia apostolorum fuisse sepultum, & ab eo consuetudine ducta. Imperatrices Christianas in eadem ecclesia sepeliri, atque episcopos etiam. & mox adiungit: Quippe cùm dignitas sacerdotalis imperij dignitati par sit; imo verò in locis sacris primas partes obtinet.

Q V A M S I T I N I Q V M
episcopos spernere. cap. 16.

D I V V S C l e m e n s Papa epistola 3. scribit: Siue honor siue iniuria episcopo defratur, in Christū redundat, cuius locū tenet.

S a n c t u s A n a c l e t u s Papa epistola 2. apostolis decederib[us], in locum eorum successerunt episcopi, quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit; qui autem eos spernit, eum à que miseri sunt, & cuius funguntur legatione, spernit, & ipse indubitanter spernetur à Domino.

O c t a u a S y : o d u s generalis can. 14. qui diuina gratia spiritualem sortiuntur dignitatem (id est episcopi) ordinem cœlestis hierarchiæ referunt in terris: quare meritò sanctimus,

cimus, vt digno in honore tam a principibus, quam à cæteris omnibus habeantur. non oportet itaque, vt principibus, vel viris militari dignitate prædictis, obuiam longissimè procedant ab eorum ecclesiis, nec à mullis, equisve descendant in occursum, aut timidè abiecteque ante genua procidat, velut adoraturi, imo verò nō accedat ad mensas secularium principum, sed cum omni modestia, quæ spiritualem deceat dignitatem, officia omnibus & debita tribuant, cui vestigal, vestigal, cui honorē, honorem; dummodo principes, & pij imperatores agnoscent sibi æquales episcopos, vt libere audient reprehendere & increpare, & principes, & cæteros, qui militari honore fruuntur, si quid peccauerint. Si quis verò episcopus post hanc ~~sancctionem~~, ~~sanctam dehinc~~ nestauerit dignitatem, cadēs ab honore sibi per canones debito, vixeritque abiecte secundum veterem & agrestem consuetudinem, amoueat per annum: & princeps, qui in causa fuerit, excōmunicetur per biennium.

P a t r e s in concilio Tridentino: Non potest sancta synodus non grauiter dolere, audiens episcopos aliquos sui status oblitos Pontificum dignitatem non leuiter dehonestare: qui cum regum ministris, regulis, & baronibus in ecclesia & extra indeceti quadam demissione se gerunt, & veluti

34 DE DIGNIT. EPISCOPORVM.

inferiores ministri altaris nimis indignè, nō solum locum cedunt, sed etiam personaliter illis inferiuntur. Quare hæc & similia detestans sancta synodus, sacros canones omnes, conciliaque generalia, atque alias apostolicas sanctiones ad dignitatis episcopalnis decorum & grauitatem pertinentes renovando præcipit, vt ab huiusmodi in posterum episcopi se abstineant, mādans eisdem, vt tam in ecclesia, quam foris suum gradum & ordinem p̄œ oculis habentes, vbiique se patres, & pastores esse meminerint; reliquis vero tam principibus, quam cæteris omnibus, vt eos paterno honore ac debita reuerentia profèquantur. sess. 25. cap. 17.

Beatus Ignatius, D. Ioannis euangelistæ discipulus, epist. 3. inquit: Si vobis episcopi non obediens omnes clerci, omnesque principes, atq; reliqui populi, nō solū infames, sed etiam extores à regno Dei, & consortio fidelium, ac à limitibus sanctæ Dei ecclesie alieni erūt: eorum enim est vobis obedere vt Deo, cuius legatione fungimini. c. si autem. 11. quæst. 3.

Ad summam, qui episcopos spernit, oculos Domini, claves, & columnas ecclesiæ spernit, angelos atque Deos spernit: postremò hierarchiam ecclesiasticam subuerit, atque in eis Christum Dominū spernit.

APPROBATIO.

HOC de Episcoporū dignitate summarium à Reuerendissimo D. Iacobo Simanca Pacense Episcopo diligentissimè ac doctissimè exceptum & subductum, piorum omnium lectione dignum censemus, & ad ecclesiasticam auctoritatē afferendam valde opportunū iudicamus; testimoniū q̄ nihil habere quod quemquā piè de catholicave ritate sentientem offendere posit. Datum Antwerpia pridie festi S. Michaelis, 1574.

Ben. Arias Montanus.

Hoc de Episcoporum dignitate opusculum hac tempestate utilissimum est, & vt imprimatur & ab omnibus legatur, dignissimum: in eo, quod sanctæ Catholicæ Romanæ ecclesiæ religionem vel bonos mores offendat, nihil continetur.

Ita est, Henricus Zibertus Dunghen, Canonicus Antwerpensis, S.T. Doct.



FINIS.